

79.020. JOHANN CHR. SCHULENBURG AN LEIBNIZ

Bremen, 31. Januar (10. Februar) 1698.

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 842, Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 2 ¼ S. Bibliotheksvermerk.

5

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Mit unserem Brief beginnt die über Gerhard Meier in Bremen vermittelte kurze Korrespondenz in den Jahren 1698–1701 mit dem Pfarrer Johann Christian Schulenburg, zu dieser Zeit Rektor des Gymnasiums in Bremen, im Laufe des Jahres 1698 dann Pastor primarius von Stadt und Amt Wildeshausen und ab 1701 Hauptpastor in Quakenbrück. Eine Bekanntschaft zwischen beiden bestand seit dem Sommer 1694. Wohl über Sturm, unter dessen Vorsitz Schulenburg am 9. Juni 1694 in Altorf seine Dissertation *Mathesis, ejusque indoles, theologiae applicanda* verteidigte und der am 13. Juli 1694 mit II, 2 N. 274 die direkte Korrespondenz mit Leibniz aufnahm, dürfte Schulenburgs Arbeit in Leibniz' Hände gelangt sein. Schulenburg versucht danach, auf einer Reise von Nürnberg nach Bremen Leibniz in Hannover zu besuchen, trifft diesen jedoch nicht an. Ferner spricht er von mehrfachen Grüßen von Leibniz. Unserem Brief hat Schulenburg zwei Dissertationen hinzugefügt. Leibniz antwortet mit N=79.030.

HochEdler HochAnsehlicher und Fürtrefflich=Gelehrter,
Hochberühmter herr Raht Hoher herr und Gönner!

So unglücklich für etwa drey oder vier Jahr, da ich von Nürnberg, Ihrer Excellenz, gehorsamst auffzuwarten, durch Hannover auff Bremen reisete, dero damahlige Abwesenheit mich gemacht hat; So glücklich bin ich nachdem unbekandter weise durch Vermittelung Etzlicher Wehrten Gönner, welche mich nicht allein Ihres recht herzlich erwünschten Angenehmsten Grüßes, sondern auch Ihrer Hohen Affection und Großen Zuneigung versichert haben, erfreuet worden. Ich gestehe wohl, daß, als mich Mons. Sanders, der von Halle kommend sich einige Wochen zu Hannover verweilet, aufs neue mit Ihrem hohen Grüße beglückseeliget hat, er mich zu einiger, meiner seits zwar wenigen und geringen correspondance nach Ihrem hohen befehl antreiben wollen, ich eines theils mich wegen der großen Ehre, deren mich gahr nicht würdig schätze, gewißlich recht erfreuet, eines theils aber auch, und meistens, unglücklich geschätzt habe, weil dero hohen weit und weltberühmten unvergleichlich tieffen und nicht gnug zu bewundernden wißenschafft meine ganz leichte und allerschlechteste Feder gar nicht die geringste Satisfaction geben kan, zumahl ich bey meiner fürnehmlich jezo sehr schwachen und fast ganz schwindsüchtigen Constitution, unter meiner schlavischen allzu-

20 reisete: Den vergeblichen Versuch Schulenburgs, Leibniz in Hannover zu erreichen, vermeldet Gerhard Meier am 25. September 1694 (I, 10 N. 385), wobei er Leibniz auch einen Abriß über Schulenburgs akademischen Werdegang gibt.

schweren und meinen wenigen kräfteñ übel proportionirten Schul-Arbeit, die mich täglich mehr und mehr abmattet, zu nichts rechtschaffenes tüchtig bin; doch gratulire ich mir *quam impensissime* Meines Hochgeneigten herr Rahts unverdinter hohen Affection, von welcher ganze Ströme der Weißheit auff mein dürres Stück= und Anfangs=werk reichlichst fließen können. *In magnis voluisse sat est!* Gott gebe, weil ich dises noch im ersten Monat des Jahres schreibe, daß Mein hochgeneigter herr Raht, in allem leibl. und Geistl. Leibes und Seelen heil-gedeien mit starker kraft vom himmel herab, zu dero hohen Landes Obrigkeit sonderbahrer Stütze, der ganzen gelehrten Welt fürtreffliches Auffnehmen, zu selbsteigenen hohen Vergnügen, und aller Clienten, auch meiner eigenen Freude und Wohlfahrt mögen überschüttet werden. In welcher Zuversicht M. h. H. Raht in des Allerhöchsten Schutz empfehlend verbleibe

Ihr. Excellenz

dinstbereitwilligster

M. J. C. Schulenburg,
Rector Reg. Athen. et Schol. Cathar. Br.

Br. d. 31. Jan. 98

P. S. In disen beyden Disputation ist die bloße Rede *ad Respp.* meine Arbeit, *ut ipsi monstrant paginae.*

14 Disputation: J. CHR. SCHULENBURG, [Praes.] *Dissertatio tumulum cum urnis aliquot non ita pridem in ducatu Bremensi inventis exhibens.* [Resp.] J. H. Blume, Bremen, 1. März 1697; *Schediasma mathematicum continens nonnulla philomathae desideria, quibus ignota ac involuta ex principiis algebrae analyticis evolvuntur.* [Resp.] A. A. Cnollen (Knolleus), Bremen 1697.

79.030. LEIBNIZ AN JOHANN CHR. SCHULENBURG

Hannover, 29. März (8. April) 1698.

Überlieferung:*L* Konzept: LBr 842, Bl. 3–4. 1 Bog. 4°. 3 S. (Unsere Druckvorlage.)5 *E* J. CHR. SCHULENBURG, *Unvorgreiflicher Vorschlag zur Vereinigung der Fest-Zeit*, Frankfurt u. Leipzig 1724, S. 183–185 (nach der nicht gefundenen Abfertigung).*A*¹ Abschrift von *E*: HALLE, *Universitäts- und Landesbibliothek*, Hschr. Y g 23, 8°, Bl. 36–37
1 Bog. 4°. 4 S.10 *A*² Abschrift von *E*: BERLIN, *Staatsbibliothek Preuß. Kulturbesitz*, Ms. Lat. 311A, Bl. 9–10
1 Bog. 4°. 3 S.

Weitere Drucke:

1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 349–350. 2. GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 7, 1863,
S. 238–240. 3. *Herrn von Leibniz' Rechnung mit Null und Eins*, Berlin, München 1966,
2. Aufl. 1969, [Faksimile von *E* zwischen S. 40 u. 41].

15 Übersetzungen:

1. STRICKLAND, *Shorter Texts*, 2006, S. 38–39 (Teilübers.). 2. *Herrn von Leibniz' Rechnung
mit Null und Eins*, Berlin, München 1966, 2. Aufl. 1969, S. 53–56.

erstbearbeitet von Gerhard Biller

20 Unser Brief antwortet auf N=79.020 und wird durch N=79.040 beantwortet. Er war Beischluß zu Leibniz
an Gerhard Meier, 10. April 1698 (I, 15 N. 303). Die geringen Abweichungen zu Schulenburgs Edition nach der
Abfertigung (*E*) vermerken wir in den Fußnoten; ihr Umfang wird im Text durch \lceil \rfloor verdeutlicht.

Vir celeberrime

25 Etsi¹ Dominus Sanderus plus petierit meo nomine, quam ipse ego fuissem ausus, qui
tempore Tuo abuti nollem, plurimum tamen lucri inde ad me pervenit literis a Te acceptis
humanissimis, et muneribus etiam quibus plurimum sum delectatus et gratias debeo singulares.
Utraque dissertatio quam misisti argumenti mihi pergrati est. Nam urnae repertae sub tumulis,
de quibus Blumianae theses, antiquitates harum regionum illustrant. Calculi vero Mathematici
applicatio ad usum ac praeterea \lceil ratiocinia² a Metaphysicis \rfloor semimathematica, quae utraque in30 ¹ *Am Kopf der Seite von Leibniz' Hand: Ad Dn. Schulenburgium rectorem Bremensem*² *In E: ratiocinia in Metaphysicis*

27-S. 790301.4 Utraque dissertatio . . . meos: J. CHR. SCHULENBURG, [Praes.] *Dissertatio tumulum cum
urnis aliquot non ita pridem in ducatu Bremensi inventis exhibens*. [Resp.] J. H. Blume, Bremen, 1. März 1697;
*Schediasma mathematicum continens nonnulla philomathae desideria, quibus ignota ac involuta ex principiis
algebrae analyticis evolvuntur*. [Resp.] A. A. Cnollen (Knolleus), Bremen 1697.

Knolleanis reperi, plane sunt ad palatum meum. Velim delineatas haberi urnas, caeteraque
 「quae³ in praefatione」 memoras; et Dn. Knolleum pergere optem in his quae ornare coepit,
 studiis illustrandis. Ejus Meditatio Metaphysica habere mihi visa est aliquid pulchri et profundi,
 et, si hoc quoque addere licet, congrui ad sensus meos.

Nimirum fines seu limites sunt de Essentia Creaturarum, limites autem sunt aliquid 5
 privativum, consistuntque in negatione progressus ulterioris. Interim fatendum est, creaturam,
 postquam jam valorem a Deo nacta est, qualisque in sensus incurrit, aliquid etiam positivum
 continere, seu aliquid habere ultra fines neque adeo in meros limites seu indivisibilia posse
 resolvi. Ac proinde etiam ex ipsiusmet Thesium autoris (puto) sententia, 「postulatum⁴
 se jungendi; ex」 quo resolutionem in meros fines, seu mera indivisibilia infert, ad creaturam 10
 cum valore sumtam applicari non posse.

Atque hic valor, cum consistat in positivo, est quidam Perfectionis creatae gradus, cui
 etiam agendi vis inest, quae, ut ego arbitror substantiae naturam constituit. Adeo ut valor ille a
 Deo tributus, revera sit vigor, seu vis indita rebus, quam quidam frustra negant, non animad-
 vertentes sese ita praeter opinionem incidere in doctrinam Spinosae, qui Deum solum facit 15
 substantiam, caetera ejus modos.

Atque haec est origo rerum ex Deo et nihilo, positivo et privativo, perfectione et imper-
 fectione, valore et limitibus, activo et passivo, forma (id est entelechia, nisu, vigore) et materia
 seu mole, per se torpente nisi quod resistentiam habet.

Illustravi ista nonnihil origine numerorum ex 0 et 1 a me observata, quae pulcherrimum 20

0	0	est emblema perpetuae rerum creationis ex nihilo, 「dependentiaeque ⁵ a」
1	1	Deo. Nam adhibita progressionem simplicissima nempe dyadica, loco deca-
1 0	2	dicae vel quaternariae, omnes numeri exprimi possunt per 0 et 1, ut in
1 1	3	Tabula adjecta patet; in qua genesi Numerorum quae maxime naturae
1 0 0	4	convenit, multa latent mira ad meditationem, imo et ad praxin, etsi non pro 25
1 0 1	5	usu vulgari.
1 1 0	6	Caeterum rogo ut Dn. Knolleum data occasione, etiam meo (si tanti
1 1 1	7	videtur) nomine, horteris uti in praeclaris istis meditationibus pergat, qua-
1 0 0 0	8	lium similes saepe ab ipso videre velim sive in Mathematicis, sive in
etc.	etc.	philosophia illa altiore. Excitandum etiam putem ad colendam illam sub- 30

³ In E: quae praefatione
⁴ In E: postulatum; ex
⁵ In E: dependentiae, quae a

7 est (I) id est qualis (a) <cum> (b) est et (2) qualisque L 8 meros (I) fines | (2) limites erg. |(a) <-> (b)
 resolvi (c) seu L 19 se (I) torpescendo (2) torpente L 19 f. habet. (I) Orig (2) Illustravi L
 27 Caeterum (I) Dn. Knolleum rogo (a) <d> (b) ut (2) rogo . . . Knolleum L

limiorem Mathesin, quae continet Scientiam infiniti, cujus elementa quaedam a me sunt prodita novo calculi genere proposito, quem Hugenius aliique praestantes viri non sine plausu exce-
 pere, et quem nunc illustrarunt inprimis Domini Bernoulli fratres, et peculiari ⁶ libro Dn. Marchio ⁷ Hospitalius Gallus. Et compertum est non alia melius ⁷ ratione transitum aperiri a ⁸
 5 Geometria ad naturam, quae per infinitos gradus intermedios in omni mutatione (ut ego arbitror) progrediens, characterem habet autoris infiniti.

Quae olim mihi de nostro Solis incolatu ex praeclari Astronomi Dn. Eimarti placitis indicari curaveras, verissima arbitror, si intelligamus tellurem esse inter planetas seu satellites solis; sin altius aliquid subest, fatebor mentem autoris mihi non esse perspectam. Newtonus
 10 Mathematicus excellens, Astrorum vortices tollendos putat; sed mihi ut olim in *Actis* Lipsiensium prodidi non tantum conservari posse sed etiam pulcherrime procedere videntur, Circulatione harmonica cujus admirandas deprehendi proprietates.

De observatis Eimartianis vellem aliquando nosse distinctiora, ac Tuis etiam doctissimis cogitationibus frui. Sed agnosco occupationes Tuas laboriosas, et Valetudini etiam parum
 15 firmae indoleo; meliora precatus, speransque; modo in tempore Tibi prospicias, quod faciendum suadeo. Vale. Dabam Hanoverae 29. Martii 1698.

deditissimus

⁸ Godefridus⁸ Guilielmus Leibnitius

⁶ *In E*: etiam dissertatione Dominus Marchio

⁷ *in E*: ratione aperiri aditum a

20 ⁸ *In E*: Godofredus

3 et *erg. L* 4 f. a (1) Mathesi ad (2) Geometria *L* 11 posse *erg. L*

1 f. elementa . . . proposito: LEIBNIZ, *Nova calculi differentialis applicatio et usus, ad multiplicem linearum constructionem, ex data tangentium conditione*, in *Acta Eruditorum*, Juli 1694, S. 311–316. 2 Hugenius: vgl. Christiaan Huygens an Leibniz, 17. September 1693 (III, 5 N. 185). 3 libro: G.-F.-A. DE L'HOSPITAL, *Analyse des infiniment petits pour l'intelligence des lignes courbes*, Paris 1696; vgl. auch Leibniz an Magliabechi, 30. September 1697 (I, 14 N. 307, S. 521 f.). 7 f. olim . . . curaveras: Eine kommentierte Zeichnung zu Eimmart hatte Schulenburg Leibniz am 10. August 1696 geschickt (LBr 842 Bl. 16). Er bezieht sich dabei auf seine Publikation *Die Sonnen-Wende im Winter am 12. Decembr: Das ist die Sonne im Steinbock oder der kürztzeste Tag sampt Ursache der bey uns und Andern ungleichen Tage und Nächte durch die Gnade Gottes aus Sphärischen Gründen kürztzlich fürgestellt und am Tage nach dem 24sten Novembr. überreicht*. [Resp.] Johan Henrich Wilstach, Bremen 1695. Ein Begleitschreiben wurde nicht gefunden. 10–12 olim . . . proprietates: LEIBNIZ, *Tentamen de motuum coelestium causis*, in *Acta Eruditorum*, Februar 1689, S. 82–96.

79.040. JOHANN CHR. SCHULENBURG AN LEIBNIZ

Bremen, 7. (17.) April 1698.

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 842, Bl. 5–6. 1 Bog. 4°. 3 S. Bibliotheksvermerk.

5

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Unser Brief antwortet auf N=79.030 und wird durch N=79.050 beantwortet.

Vir Illustris et Celeberrime!

Patrone magne!

10 Erubescit calamus meus quod Tua audeat interrumpere Negotia gravissima non minus quam Sublimia. Quanto sim perfusus gaudio acceptis literis Tuis quam profundissime doctis, nec dici satis potest nec scribi etiam. Si quidem non tantum maximi Tui propensissimique in me favoris testes existunt locupletes, verum etiam Eruditionis Solidioris rivulos in me derivarunt perquam exoptatos gratissimosque. Quae Knolleus ex Metaphysica Mathematica excerpsit
15 Acutissimo debet Weigelio meo etiam quondam in his per discursum Praeceptore dexterrimo.

Easdem profecto de Creatarum rerum Valore, a Deo loco Nihili, quod hunc antecessit mundum, infinita Potentia liberrime constituto, foveo cogitationes, quas Tu Vir Illustris ad me perscripsisti, licet primos ego saltem Limitum horum limites salutaverim, Tuaque proinde Oracula me ulterius in hoc negotium deducunt non possim non exosculari. Non licet saltem
20 hic Bremae, ubi Cartesiani, alios praepudicis exuturi, in iisdem tamen nimium quantum haerentes vident, quos olim *Miscellanea mea Philosophica* valde exagitavere, scandalo certe non dato sed accepto, publice haec profiteri. Videntes oculos claudunt et Aliis quoque gluten illinunt. Dyadica Supputandi ratio, Maecenas Optime, valde me delectavit. Memini Ingeniosissimum Sturmium ad Analogiam Quaternarii Diapentismum aliquando excogitasse; sed, si licet, sine
25 omni tamen adulatione, effari quae sentio, palmam profecto Tua praeripit omnibus et quod simplicissima et quod character sit Dei et Nihili, Positivitatis et Nullitatis, eandemque semper rerum omnium a Deo, qui solus independentem habet positivitatem, dependentem stationem et positionem, cum alias non essent, jucundissime indicet. Nescio an divinam hanc supputandi Methodum, cujus quoque, in actu Supputationis hujus exercito, Terminos Mnemonicos, loco
30 *eins zehn hundert taus[end]* sine dubio a Te impositos pernoscere velim, assecutus satis sim. Mitto eam continuatam, et si recte habuerit, facillime, volanti etiam calamo, magna namque

20 tamen *erg. K* 20 f. haerentes |⟨tamen⟩ *versehentlich nicht gestr.* | vident *K*

31 Mitto eam continuatam: wohl die Tabelle am Briefende.

inest huic ipsi facilitas, si prima, quam monstrasti, progressio constanter fuerit observata, quousque libet continuandam. Proprietates aliquas atque certas combinationes, modo non has ipsas numerorum nostrorum vulgarij consuetudo per praejudicium aliquod mihi suggesserit, appositis ductibus indicare volui, Tuam, quam peto humillime et mihi ob summum; quem jam exhibuisti, favorem certissime promitto, Informationem, Correctionem, Confirmationem avidissime exspectans. Ni fallor, utcunque jam video, ex prima progressionis serie, et addendi et subtrahendi in hac dyadica Methodum. Tuarum Mellitissimarum copiam quamprimum faciam Dn. Knolleo qui et Solertissimo Eimarto harum faciet Mentionem, ac communi nomine Suae Hypotheseos deductionem ulteriorem desiderabit. Fateor Auctorem optimum hanc ipsam in Astronomicis per viginti jam annorum et ultra observationes constantes, quae utinam aliquando lucem publicam videant, habere exploratam et certissimam: an in Physicis quoque omnibus satisfaceret Phaenomenis subdubitabat, aut modeste praetexebat, saepiusque hunc in finem a me in multam noctem subdiu olim inter Coeli contemplationes dubia et audiebat et solvebat. Doleo ego et infirmitati meae et officio in Augiae stabulo, pulvere scholastico, purgando satis molesto. Habeo alias quaedam adhuc discursus Eimartiani excerpta sed meditationes in ea defigere hactenus labores mei non permittunt, verum spero omnino fore ut Eimartus ipse et Tibi obsecundet et meis votis respondeat. Fave Vir Illustr. Chartulis meis, quibus ipse in omnibus non faveo. Cogita de calamo in Papyrus conjici qualiacunque mea cogitata, adeoque morsos unguis et diurnas meditationes non sapere.

Sic favebis Tui obsequiosissimo M. J. C. Schulenburgio. Rect. 20

Br. d. 7. Apr. 98.

Infiniti Tua Elementa et quae eo Bernoulliana Aliorumque spectant nondum vidi. Parheliorum Iconismus distinctius expressus est quam ipsi apparere. Pictoribus atque Poëtis forte et Scriptoribus.

Urnas in Tui obsequium delineavit domesticus meus Valencampius Junior, ejus mentionem dedit duodenarius meus Carolinus. Servavit vero in delineandis suis fere ubique rationem subduplam, alias colorem et omnia secutus, quantum potuit.

15 discursus . . . excerpta: vgl. Leibniz an Johann Andreas Schmidt, 18. Dezember 1698 (I, 16 N. 224, Erl.).
 22 Infiniti Tua Elementa: LEIBNIZ, *Nova calculi differentialis applicatio et usus, ad multiplicem linearum constructionem, ex data tangentium conditione*, in *Acta Eruditorum*, Juli 1694, S. 311–316; vgl. N=79.030.

Nach dem Postskript quer zum Text die folgende Tabelle:

0	0	
1	1	
1 0	2	}
1 1	3	
1 0 0	4	}
1 0 1	5	
1 1 0	6	}
1 1 1	7	
1 0 0 0	8	}
1 0 0 1	9	
1 0 1 0	10	}
1 0 1 1	11	
1 1 0 0	12	}
1 1 0 1	13	
1 1 1 0	14	}
1 1 1 1	15	
1 0 0 0 0	16	}
1 0 0 0 1	17	
1 0 0 1 0	18	}
1 0 0 1 1	19	
1 0 1 0 0	20	}
1 0 1 0 1	21	
1 0 1 1 0	22	}
1 0 1 1 1	23	
1 1 0 0 0	24	}
1 1 0 0 1	25	
1 1 0 1 0	26	}
1 1 0 1 1	27	
1 1 1 0 0	28	}
1 1 1 0 1	29	
1 1 1 1 0	30	}
1 1 1 1 1	31	
1 0 0 0 0 0	32	}
1 0 0 0 0 1	33	
1 0 0 0 1 0	34	}
1 0 0 0 1 1	35	
1 0 0 1 0 0	36	}
1 0 0 1 0 1	37	
1 0 0 1 1 0	38	}
1 0 0 1 1 1	39	
1 0 1 0 0 0	40	}
.	0	
.	0	
.	0	
etc. etc.	etc.	0
		0
		0
		0
		0
1 0 0 0 0 0 0	64	

79.050. LEIBNIZ AN JOHANN CHR. SCHULENBURG

Hannover, 17. (27.) Mai 1698.

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LBr 842, Bl. 17–18. 1 Bog. 8°. 4 S. Bibliotheksvermerk. (Unsere Druckvorlage.)
E J. CHR. SCHULENBURG, *Unvorgreiflicher Vorschlag zur Vereinigung der Fest-Zeit*, Frankfurt u. Leipzig 1724, S. 186–190 (nach der nicht gefundenen Abfertigung).
A Abschrift von *E*: HALLE, *Universitäts- und Landesbibliothek*, Hschr. Y g 23, 8°, Bl. 38–41. 2 Bog. 4°. 7 S.
- 10 Weitere Drucke:
 1. DUTENS, *Opera omnia*, Bd 3, 1768, S. 351–354. 2. GERHARDT, *Math. Schr.*, Bd 7, 1863, S. 240–243. 3. *Herrn von Leibniz' Rechnung mit Null und Eins*, Berlin, München 1966, 2. Aufl. 1969 [Faksimile von *E* zwischen S. 40 u. 41].
 Übersetzung: *Herrn von Leibniz' Rechnung mit Null und Eins*, Berlin, München 1966, 2. Aufl. 1969, S. 56–59.

15

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Unser Brief antwortet auf N=79.040 und hat keine direkte Antwort erhalten. Beigeschlossen war eine kurze Erklärung zur Dyadik, die Leibniz als *Processus summationis Numerorum Naturalium* bezeichnet (LH XXXV, 3 b 5, Bl. 10). Die Abweichungen zu Schulenburgs Edition nach der Abfertigung (*E*) vermerken wir in den
 20 Fußnoten; ihr Umfang wird im Text durch □ □ verdeutlicht.

Vir Celeberrime Fautor Honoratissime

Valde¹ Tibi obstrictus sum non minus pro egregiis dissertationibus Tuis, quam pro elegantibus delineationibus urnarum; vellemque vicissim aliqua re demereri posse. Mentem meam circa progressionem dyadicam optime assecutus es, et praeclare etiam observasti, quam pulchra
 25 illic omnia ratione procedant. Puto autem et utilitatem habituram ad augendam scientiam, etsi alioqui, □non² transferendam ad□ communem usum calculandi. Certa enim lege □procedere³

¹ *Am Kopf der Seite von Leibniz' Hand*: puto ad Dn. Schulenburgium tunc Breae docentem

² *In E*: non sit transferenda ad

30 ³ *In E*: procedere deprehenduntur notae

22 pro (1) elegantibus | (2) egregiis erg. | *L* 22 f. elegantibus erg. *L* 25 et (1) usum | (2) utilitatem erg. | *L* 27 f. puto . . . docentem erg. *L*

0 0 0 0		0	
0 0 0 1		1	comperientur notae ⁷ pro variis proprietatibus numerorum. Nam Regula
0 0 1 0		2	generalis est, ubicunque principia sunt ordinata, omnia etiam derivata ordi-
0 0 1 1		3	nate progredi, de quo jam hic meditari dudum coepi. Et primum patet
0 1 0 0		4	numeros naturali ordine dispositos ita procedere,
0 1 0 1		5	ut nota prima dextra sit 0 vel 1 etc.
0 1 1 0		6	
0 1 1 1		7	
1 0 0 0		8	secunda 0 vel 0 vel 1 vel 1 etc.
1 0 0 1		9	
1 0 1 0		10	tertia 0 vel 0 vel 0 vel 0 vel 1 vel 1 vel 1 vel 1, etc.
1 0 1 1		11	quarta 0 0 0 0 0 0 0 1 1 1 1 1 1 1 1 etc.
1 1 0 0		12	quinta 0 (sedecies) 1 (sedecies) et ita rursus.
1 1 0 1		13	
1 1 1 0		14	Atque hoc modo apparet in prima sede periodum semper redeuntem
1 1 1 1		15	esse binarium 0 1; in secunda esse quaternariam 0 0 1 1; in 3 ^{tia} octonariam;

in sede 3^{tia} periodum esse 2³nariam, hoc est octonariam, nam 8 est 3^{tia} dignitas ipsius 2, nempe cubus de 2.

Verum⁷ quod notatu dignissimum est, eadem lex ordinis observatur, si sumas non omnes ordine numeros, sed uno omisso alterum quemque; nam tunc proveniunt vel omnes pares, vel omnes impares. Imo amplius si sumas tertium quemque, seu omnes ternarios sive divisibiles⁵ per 3; idemque in⁷ omnibus quaternariis et quinariis et ita porro, ut periodi eadem sint quae naturalium.

Ecce Ternarios in exemplum; Ubi in sede dextra

prima	0 1	binaria periodus	
secunda	0 1 1 0	quaternaria	
tertia	0 0 1 0 1 1 0 1	octonaria	
quarta	0 0 0 1 1 1 0 0	1 1 1 0 0 0 1 1	sedenaria
quinta	0 0 0 0 0 0 1 1 1 1 1 0 0 0 0	1 1 1 1 1 1 0 0 0 0 0 1 1 1 1 1	

et ita porro.

Et notandum hic dimidiam cujusque periodi semper habere notas oppositas notis respondentibus alteri dimidiaejusdem periodi, verb. gratia

0 0 0 1 1 1 0 0 1 1 1 0 0 0 1 1	
constat ex 0 0 0 1 1 1 0 0	} ubi permutatio
et ex 1 1 1 0 0 0 1 1	

⁴ In E: et sic porro. Verum

⁵ In E: per 3; itemque in

1 numerorum. (I) Regula (autem) (2) Nam Regula L 3 hic erg. L 3 dudum erg. L 5 nota (I) dextra prima sit 0 vel 1 vel 0 vel 1 (2) prima L 5 1 | vel 0 vel 1 gestr. | etc. L 6 1 | vel 0 vel 0 vel 1 vel 1 gestr. | etc. L 10 Atque (I) haec patet (2) hoc modo apparet L 10 periodum (I) esse (2) semper L 15 notatu (I) diffi (2) dignissimum L 16 omisso (I) unum (2) alterum L 18 et quinariis erg. L

	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
	0	0	0	0	0	1	1			3
	0	0	0	0	1	1	0			6
	0	0	0	1	0	0	1			9
	0	0	0	1	1	0	0			12
	0	0	0	1	1	1	1			15
5	0	0	1	0	0	1	0			18
	0	0	1	0	1	0	1			21
	0	0	1	1	0	0	0			24
	0	0	1	1	0	1	1			27
	0	0	1	1	1	1	0			30
	0	1	0	0	0	0	1			33
	0	1	0	0	1	0	0			36
	0	1	0	0	1	1	1			39
	0	1	0	1	0	1	0			42
	0	1	0	1	1	0	1			45
	0	1	1	0	0	0	0			48
10	0	1	1	0	0	1	1			51
	0	1	1	0	1	1	0			54
	0	1	1	1	0	0	1			57
	0	1	1	1	1	0	0			60
	0	1	1	1	1	1	1			63
	1	0	0	0	0	1	0			66
	1	0	0	0	1	0	1			69
	1	0	0	1	0	0	0			72
	1	0	0	1	0	1	1			75
	1	0	0	1	1	1	0			78
	1	0	1	0	0	0	1			81
	1	0	1	0	1	0	0			84
	1	0	1	0	1	1	1			87
	1	0	1	1	0	1	0			90
	1	0	1	1	1	0	1			93
	1	1	0	0	0	0	0			96
	1	1	0	0	0	1	1			99

Has aliasque id genus observationes proseguendo via aperietur ad novas et miras atque etiam utiles numerorum proprietates. Et ut verbo dicam latet in his quaedam novi generis Arithmetica Theoretica quam Tecum possimus Divinam dicere cujus tantum primos adhuc aditus videmus. Nec dubium est etiam quadratos, et cubos, et ⁶alios figuratos⁷ certas quasdam suae progressionis leges esse habituros.⁷

⁶ in *E*: alios numeros figuratos

⁷ In *E*: habituros. Similiter: prima 0 1. periodus binaria; secunda 0 0 1 1, quaternaria; tertia 0 1 0 1 1 0 1 0, octonaria; quarta 0 0 1 1 0 1 1 0 1 1 0 0 1 0 0 1; sedenaria etc. etc. ** Et si haec

3 his (1) ⟨ − ⟩ (2) quaedam *L* 3 f. Theoretica . . . dicere *erg. L*

10 etc. etc. **: Dazu macht Schulenburg in *E* die Bemerkung: »Has quoque periodos, eadem lege, observabis, modo ex Tabula nostra II. meros *Quinarios* excerpere libuerit, ut in Tab. adjuncta videre est.« und fügt die dyadische Tabelle der numeri quinarii bis 75 bei.

Pro quinariis in sede
 Hic rursus dimidia pars periodi
 alteri dimidia opposita est.

{	prima	0 1	periodus binaria
	secunda	0 0 1 1	quaternaria
	tertia	0 1 0 1 1 0 1 0	octonaria
	quarta	0 0 1 1 0 1 1 0 1 1 0 0 1 0 0 1	sedenaria
	etc.		

5

Et si continuetur indagatio, reperientur periodi periodorum.

Etsi haec a viginti et amplius annis jam in mente habuerim, ita raro tamen animum huc adjeci, ut de nominibus imponendis non cogitarim, quia potius soleo enuntiare ad morem vulgaris arithmeticae, 10 per decem 100 per centum, etsi significant 2 et 4. Obiter adjiciam ex hac expressione sine ulla demonstratione sequi cur nummi et pondera progressionis geometricae duplae habeant, ut paucissimis datis caetera possint componi, ex. g. quinque ponderibus Unciarum 1, 2, 4, 8, 16 combinatis, confici potest pondus quotcunque unciarum infra 32. Hinc monetarum examinatores hac progressionem in pondusculis suis utuntur. Ejus rei rationem varii indagarunt, et Schotenius inter alios in *miscellaneis*, sed per ambages; hic vero primo obtutu patet.¹⁰

15

Cartesianos praejudicia vetera novis mutasse dubium nullum est. Recte quidem illi omnia phaenomena specialia corporum per mechanicos contingere censent, sed non satis perspexere ipsos fontes mechanici oriri ex altiore causa, quanquam interim Malebranchio Sturmio aliisque insignibus viris non assentiar, putantibus nihil esse virtutis actionisque in materia. Scilicet non satis percepere quae sit natura substantiae, valorisque quem Deus contulit rebus, qui in se involvit perpetuam actionem. Meo iudicio longe aliud est in corporea substantia, quam extensio et loci repletio, nempe cogitandum est, quid sit illud quod locum replet. Spatium quemadmodum et tempus nihil aliud sunt quam ordo possibilium existentiarum; in spatio simul, in tempore successive; realitasque eorum per se nulla est extra divinam immensitatem atque

⁸ In E: non cogitaverim, quia

25

⁹ In E: duplae apta sint, ut

¹⁰ In E: patet, ex. gr. quia 29 est 1 1 1 0 1. etiam 1 0 0 0 0 + 1 0 0 0 + 1 0 0 + 1. erit 16 + 8 + 4 + 1 ***. Cartesianos

2 f. Hic . . . est erg. L 10 sequi (I) cur numeri | (2) pondera erg. | progressionis Geometricae (3) cur (a) <---> numeri (b) nummi L 11 duplae (I) convenient | (2) habeant erg. | L 11 f. ex. g. (I) quatuor ponderibus Unciarum 1, 2, 4, 8 (2) quinque . . . 16 (a) combi (b) <-> (c) aequari possunt (d) combinatis L 12 potest (I) numer (2) pondus L 12 infra (I) 16. | (2) 32 erg. | L 17 corporum (I) <-> (2) per L 18 causa, (I) <interi> (2) quanquam L 19 putantibus (I) materiam (2) nihil L 20 non (I) <intelligunt> quae sit (2) satis L 23 f. in . . . successive erg. L 24 realitasque (I) <nulla est> (2) eorum (a) <-> (b) qui (c) <-> (d) per L

14 *miscellaneis*: FR. V. SCHOOTEN, *Exercitationum mathematicarum libri quinque*, Leiden 1657, lib. V.: *Sectiones Miscellaneae triginta*. 28 ***: Dazu führt Schulenburg exemplifizierend in einer Tabelle die

entsprechende dyadische Addition durch, aus der sich unmittelbar der dyadische Wert 1 1 1 0 1 für 29 ergibt. Als zweites Beispiel stellt er die dyadische Addition der von Leibniz angeführten geometrischen Zahlenfolge 1, 2, 4, 8, 16 tabellarisch dar, aus deren dyadischen Werten 1 0 0 0 0, 1 0 0 0, 1 0 0, 1 0, 1 sich unmittelbar der Wert 1 1 1 1 1 für 31 (»infra 32«) ergibt.

aeternitatem, vacuum nullum esse pro certo habeo. Interim materiae non tantum extensionem sed et vim seu nisum ascribo. Latentque in his alia multo majoris momenti. «Fateor¹¹ mihi olim interstitiola» vacua placuisse, hodie contra sentio, «etsi¹² materiae» naturam non collorem in extensione. Puto etiam a «me¹³ demonstratum, non» esse verum quod ajunt corpus eam quam
 5 perdit quantitatem motus alteri dare. De potentia tamen motrice id verum deprehendi. Et sane potentia aliquid reale est, motus vero nunquam existit, cum nunquam existat totus, non magis quam tempus reveraque etiam ex alio capite imaginaria involvit motus. In quo consistat Unio Animae et corporis commerciumque diversarum substantiarum problema est, quod puto me solvisse. Qua de re aliquando amplius. Atque haec ad Tuas dissertationes volui annotare paucis.
 10 Unum hoc addens causam parheliorum ab intersectione halonum, a Gassendo allatam, mihi quoque placuisse. Et in parheliorum explicanda ratione Cartesium non recte versatum apparebit credo, quando *Dioptrica* Hugenii posthumum opus, prodibit.

Specimina calculi infinitesimalis, sive differentialis et summatorii a me propositi ante annos complures, extant in *Actis eruditorum*, ubi primum edidi anno 1684. Inde Bernoullii
 15 Helvetii, Craigius Scotus, Marchio Hospitalius Gallus, miro successu sunt secuti. Nieuwentiit Batavus, partim carpere, partim in se mutatis notis transferre voluit, utrumque frustra. Praesertim cum non satis intellexerit, nec aliquid per se in «ea¹⁴ potuerit» praestare. In Germania neminem adhuc satis in haec ingressum esse, sum miratus.

¹¹ In E: Fateor olim mihi interstitiola

20 ¹² In E: etsi, ut dixi, materiae

¹³ In E: me monstratum, non

¹⁴ In E: ea re potuerit

1 aeternitatem, | itaque *gestr.* | vacuum L 7 tempus (I) . Et revera ali (2) reveraque L 7 motus. (I) Quae sit (2) In L 7 quo (I) ⟨ - ⟩ (2) consistat L 8 quod (I) ⟨ olim ⟩ (2) puto L 11 placuisse. (I) In ipsorum quoque (2) Et in L 14 primum (I) proposui | (2) edidi *erg.* | L

10 a Gassendo allatam: P. GASSENDI, *Parhelia sive soles quatuor spurii . . . epistola*, in *Opera omnia*, Lyon 1658, Bd 3, S. 651–662. 12 *Dioptrica*: CHR. HUYGENS, *Opuscula postuma, quae continent Dioptricam. Commentarios de Vitris figurandis. Dissertationem de Corona et Parheliis. Tractatum de Motu. De Vi Centrifuga. Descriptionem Automati Planetarii*, hrsg. v. B. de Volder u. B. Fullen, Leiden 1703. 13 Specimina . . . propositi: LEIBNIZ, *Nova Methodus pro Maximis et minimis*, in *Acta Eruditorum*, Oktober 1684, S. 467–473. 15 Nieuwentiit Batavus: Leibniz hat sich in den *Acta Eruditorum* wiederholt zu Bernhard Nieuwentijt geäußert, der in seinen Schriften *Analysis infinitorum* (Amsterdam 1695), *Considerationes circa analyseos ad quantitates infinite parvas applicatae principia* (Amsterdam 1694) und *Considerationes secundae circa calculi differentialis principia* (Amsterdam 1696) Leibniz' Arbeiten kritisiert hatte, so etwa in *Responsio ad nonnullas difficultates* (Juli 1695, S. 310–316), *Addenda ad . . . schediasma proximo Julio p. 310 et seqq. insertum* (August 1695, S. 369–372) oder der Rezension zur *Analysis infinitorum* (Februar 1696, S. 80–82).

Desunt nobis juvenes spei singularis: messis multa est operarii autem pauci. Et cum Mathematicae artes liberaliter alant cultores suos, plerique etiam se discere velle profiteantur quae πρὸς τὰ ἄλφριτα faciunt, tamen magis magisque haec studia inter nostros homines sterilesunt. Credo quod nunc plerique inania aut in speciem adornata sectantur, quae delibare sufficit, a veris autem laboribus ἴquibus¹⁵ penitus excolendus est animus abhorrent. Sed Tuo hortatu atque exemplo, et paucorum Tui similiium, meliora imposterum spero. Vale. Dabam Hanoverae 17. Maji 1698

deditissimus

G. G. Leibnitius

¹⁵ *In E*: quibus peritus excolendus

79.055. JOHANN CHR. SCHULENBURG AN GERHARD MEIER FÜR LEIBNIZ

Bremen, 28. Dezember 1698 (7. Januar 1699).

Überlieferung:

- 5 k^1 Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 842, Bl. 11–12. 1 Bog. 4°. 2^{3/4} S.
 k^2 Abschrift der nicht gefundenen Abfertigung: LBr 842, Bl. 7–10. 2 Bog. 4°. 6 S. (Darauf auch K von I, 16 N. 292.) (Unsere Druckvorlage.)

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Gerhard Meier hatte Ende 1697 in Leibniz' Auftrag durch Johann Bernoulli (vgl. Bernoulli an Leibniz, 10 14. Dezember 1697; III, 7 N. 164, Vorausedition) Leibniz' Schrift *Statera Cartesianismi, seu Principiorum Cartesii Pars Generalis cum animadversionibus G. G. L. suo loco subjectis, ut post tantas lites tandem aliquando intelligi possit, quantum Doctrinae Cartesianae sit tribuendum* von 1691 (gedr. bei GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 4, 1881, S. 350–392 u.d.T. *Animadversiones in partem generalem Principiorum Cartesianorum*) erhalten. Den Eingang bestätigt Meier Leibniz am 30. Januar 1698 (I, 15 N. 177), die erfolgte Lektüre und eine Weitergabe an 15 Schulenburg am 22. Oktober 1698 (I, 16 N. 124, S. 210). Mit unserem Brief sendet Schulenburg Meier seine Anmerkungen, die Meier zunächst mit I, 16 N. 273 am 11. Januar 1699 in einer schlechten Kopie (k^1) an Leibniz weiterleitet, um dann eine Woche später eine bessere Abschrift (k^2) mit einem Begleitbrief (I, 16 N. 292) zu senden. Leibniz bedankt sich am 2. Februar 1699 bei Meier für diese Sendung: »Gratias ago tum pro Dⁿⁱ Schulenburgii judicio, quod doctrinandi ingenium viri ostendit, tum quod ad editionem *Animadversionum* 20 *mearum in Cartesium, et favorem Tuum et Saurmanni operam offers.*« (I, 16 N. 324, S. 536). Schulenburg selbst erwähnt Leibniz gegenüber die *Statera* nur kurz und ohne inhaltliche Bezugnahme in N=70.060.

Die Zählung entspricht dem Druck bei GERHARDT. Die beiden Teile der *Animadversiones* werden römisch, die jeweiligen Artikel arabisch angeführt.

25 VIRO Maxime Reverendo, Dn. D. G. Mejero
 S. D. P. M. Joh. Christian Schulenburg, Rector

Singulares Tibi habeo gratias, Fautor Optime, quod Illustris Leibnitii Ms^{tum} multiplici, eaque profunda prorsus Eruditione refertissimum, Animadversiones in Cartesii Principior. libr. 2. priores exhibens, quod certe hujus sectatoribus, nisi Veritati Palma fuerit concedenda, negotium facesset maximum, nec forte superandum, mecum communicare volueris. Fateor, 30 quemadmodum ex aureis Literis, quas ex peculiari favore ad me, nihil tale merentem, dedit alias acutissimus Leibnitius, multa in Rem Literariam, Mathesin, ac Philosophiam, non minus Naturalem, quam Metaphysicam edoctus sum, praesertim Elegantissimam illam ac simplicissimam computandi Rationem, quam vocat dyadicam; ita quoque ex hoc ipso scripto me quamplurima hausisse, eaque Egregia. Adsunt multa in hoc opere, quae me hactenus in

34 eaque valde egregia k^1

nonnullis vacillantem statuminarunt; sunt, quae in plurimis, de Vacuo, Spatio, Nihilo, Substantia, Extensione, Motu, Quietē etc. me dubiis ac scrupulis liberarunt; sunt quae in Veritatis tramite alicubi constitutum confirmarunt; sunt denique, quae errantem ac saepe nescium feliciter informarunt. Atque sic vides Vir Optime, me multo nomine et Ingeniosissimo huic Scripto Leibnitiano, et Tibi, quod ad manus meas illud pervenire siveris, esse obstrictissimum. Veri Philosophi Nomen obtinet Celeberrimus Leibnitius, quod Neminem, nec ipsum Cartesium, (ad P. I. Artic. 65–68 et P. II, 5, 6, 7, 33, 34–35) laude sua aut honore privet, quod cuique, Apollonio, Proclo, Robervallio, (I, [1]) Hugenio (I, 52) Malebranchio, ut puto, (I, 54) Archimedi, Keplero, Galilaeo, Gassendo, (II, 32, 37–38) (Haec nomina in scholis Cartesianis, ubi in solius Cartesii paginis omnis coagitur, coarctaturque Sapientia, nunquam audiuntur) Logicae etiam Aristotelis vulgari (I, 75), ex cujus neglectu Cartesium Universalem Affirmativam simpliciter convertendo, vitium in forma committentem, lapsum cum aliis, et hodie adhuc labi multos (II, 54–55) ostendit, suum ingenue tribuendum censeat. Impense me oblectarunt, quae eruditissime disserit Author laudatissimus (I, 31, 35 etc.) de Errorum Origine, ac Remedio, de errore in calculo ap. Mathematicos, de conscientia et Memoria, de Intellectu Voluntatisque consortio ac ordine, quibus ex parte gemina me aliquando etiam cogitasse memini. Perspicacissimus profecto est, et profundus in examinandis Motuum Regulis Cartesianis (II, 40 sqq.). In ponenda Lege Continuitatis (II, 45) admirandus, et in duritiei, seu generalius firmitatis Natura explicanda (II, 54–55), oculatissimus. Cartesium hanc rem ex Quietē deducentem, ante annos tres, vel inanem *ταυτολογία*, vel Petitionem Principii, commisisse cum Cl. Bernoullio pronuntiavit. *Arcus* meus *Tensus se ipsum restituens*, qui tamen ex his nunc tenditur amplius, multumque exinde sibi lucis foeneratur. Etsi enim ego aliquando Veritatis alicujus quaedam vestigia deprehendam: pulvis tamen Scholasticus cogitationes perpetuo nimium distrahens, ea solet ita obliterare, ut vestigia deprehensa penitus persequi non possim. Quod Cartesianos alios praejudiciis exuturos, in praejudiciis (I, [2]) densissimis Ipsos, magis quam in pice, haerere indicaverim; quod sensus bene habentes debitisque Requisitis instructos fallere negaverim (I, 1, 4, 6, 7, 8); quibus Veteres et saepius bene adeo sidebant, ut eos, qui sensu indigebant, sensibus etiam, non prolixis Rationum deductionibus convincendos judicaverint; quod fines male ex foro Naturali exterminari, sic a Sturmio edoctus, docuerim (1, [28]); quod substantiae (1, 51) hactenus nondum adeo [clarum] et distinctum conceptum datum esse; quod Extensionis Naturam (I, 52) nondum ambiguitate satis liberatam, nec adaequate explicatam; quod Cartesianos dixerim animae existentis certitudinem cum Essentiae ipsius Evidentia confundere (1, 54) atque meras hic sterilesque crepare voces; Quod Vacui, Nihili, Spatii, ceu capacitatis, doctrinam proposuerim (II, 8–19). Quod mundum unicum et infinitum Cartesianis

3 f. nescium firmiter informarunt k^1 8 31 k^2 ändert Hrsg. nach k^1 10 coagitur convectaturque Sapientia, k^1 25 32 k^2 ändert Hrsg. nach k^1 29 23 k^1 u. k^2 ändert Hrsg. 30 hactenus non adeo k^1
 30 clam k^2 ändert Hrsg. nach k^1

necessario talem (II, 21, 22, 23) ex falsa hypothese deduci inculcaverim; non gratiam, sed odium heic loci, sed vero jam diu contemptum, et facile constanter contemnendum sum expertus. Motum a Cartesio (II, 25) non nisi quasi historice describi, atque in ipso nihil reperiri minus, quam quid motus sit vere et realiter, forte jam decennium est, quod prima mea *de*
 5 *Occultis Qualitatibus* adhuc dum occultata, exercitatio statuerit. Hocque ipsum his ipsis diebus adhuc monui amicos. Perplacet vero hic admodum Leibnitiana ex hypothesis Astronomicis desumta illustratio. Vix salutaveram Academias, cum jam de demonstrationis Cartesianae, pro evincenda Dei existentia, firmitate (I, 14, 18, 20) subdubitarem. Et certe semper existimavi hac in re non minus, quando de Ideis sermo est, quam in Doctrina de cogitatione, de Mente, de
 10 Principio Cartesii: *Cogito ergo sum*, obscurum exponi per aequae obscurum, aut clarum obscuro involvi, illud supponi jam, quod demonstrandum demum, atque sic peti id, quod est in principio. Durus certe bolus, circa decantatissimum Cartesii effatum *de omnibus dubitandum*, ipsi Cartesio deglutendus datur ab Optimo Leibnitio (I, 5), imo Vir Amplissimus proprio ipsum gladio [I, 7] jugulat. Cumprimis autem arridet, quod sagacissimus Auctor notanter (I, 13) dicat,
 15 exoticam esse fictionem, quando Deus velut ex Machina accitur dubitaturque annon ad errandum in evidentissimis quoque facti simus. Forte non aberraretur, si quis Cartesium cum decepturiente suo genio alios decepsisse velle, et dum discrimen inter Vigiliam et Somnium non cernit, somniare diceret. Non est nisi novaturiendi pruritus, quod quando Aristoteles et Geometrici (I, 43, 45, 46) volunt ex certis principiis conclusionem esse deducendam, Cartesius clarum ac distinctum conceptum urgeat, alia quidem verba, sed ipsa non satis clare explicata, rem interim eandem proponens. Aequae ac hodie solent in Moralibus quod jam olim monui, Aristotelis Mediocritatem projicere, virtutemque in puncto collocare cum tamen ipsum punctum (in Math.: Ang. rectus, linea perpendic.) sit maximum medium, a quo ne tantillum quidem, sine vitii periculo licebit deflectere. Alias vero concedo libenter, steriles voces non sufficere,
 25 sed Virtutes in practicis practice esse exercendas.

Haec sunt Fautor Optime, quae ad Te, aliis districtus, detentusque, ut ipse nosti, negotiis, nunc tandem sero quidem ex hac ipsa causa exarare volui, ne diutius detinerem Magnum Leibnitium, et quia jussisti, debui. Ipse Leibnitius nunquam sine honoris praefamine praetermittendus calculo meo aut assensu non indiget quidem; Volui tamen non assentari, nam fuo
 30 non indiget veritas, sed assentiri ipsi victus veritate, measque cogitationes, quas gaudeo subinde similes, exponere debui. An ubique rem acu tetigerim dubito, neque enim hic licebit non dubitare. Utinam autem opus ipsum mox lucem publicam aspiciat, quo quae profundiora sunt, sunt vero et multa et maxima, meditari amplius, et veritates plures plenius daretur discere. Si placet Vir Celeberrime atque Magnifice, has ipsas lineas, cum tribus Exercitatiunculis, *de Arcu*

10 *sum*, exponi *k*¹ 14 I, 7 *erg. Hrsg. nach k*¹ 15 dubitaturque an ad *k*¹ 17 alios decipere
 velle *k*¹ 32 ipsum lucem *k*¹

4 f. *de . . . statuerit*: J. CHR. SCHULENBURG, *Exercitatio de occultis qualitatibus*, nicht nachgewiesen. 34-S. 790553.3 tribus Exercitatiunculis . . . transmittit: Meier hat die Schriften mit I, 16 N. 321 Ende Januar geschickt. Es handelt sich um J. CHR. SCHULENBURG, [Praes.] *Spring-Gläser sampt ihren Eigenschaften durch die Gnade Gottes nach Anlaß Sinnlicher Empfindungen und daraus vernünftig folgenden Schlüssen . . . erkläret und zu belibender doch unpartheyischer Untersuchung*. [Resp.] Joachim Friedrich Haltmeier, Bremen 12. Juli 1695; *Nöhtiges Band der Natur-Wissenschaft und Mathematic*. [Resp.] Herman Lulman, Bremen 1695. Die Dissertation *de arcu tenso* ist nicht nachgewiesen.

tenso, Lacrymis vitreis, et Matheseos ac Naturae vinculo ut cogitationum, Emendationumque Leibnitianarum fiam particeps, quia jam semel iterumque mihi tam felici esse contigit, Summo Leibnitio transmitti. Non spero hic male feret, si brevi forte [(]§ 45. P. 2). Ejus mentionem faciam publice, colo enim Nomen Leibnitianum obsequiosissime, cui ut meo nomine cum Novo Anno Bona nova preceris precor. Tibi vero Anni praecipitis exitum felicem et im[m]inen- 5
tis ingressum fortunatum voveo. Vale, et quod facis, me amare perge.

Bremae d. 28. Dec. 98

79.060. JOHANN CHR. SCHULENBURG AN LEIBNIZ

Wildeshausen, 1. Februar 1701.

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 842, Bl. 13–14. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. Mit einer Bemerkung von Leibniz' Hand.

5

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Unser Brief geht auf N=79.055 ein und wird durch einen nicht gefundenen Leibnizbrief beantwortet.

Vir Excellentissime,
Patrone Colendissime

10

Eurer¹ Excellenz gehorsamst auffzuwarten trage ich um so viel weniger bedencken, um so viel mehr ich Eur. Excellenz Hohen Gunstzuneigung durch Höchstgeneigten Schriftwechsel schon von Bremen auß versichert bin, absonderlich da es Gott so gefüget, daß bekandtermaßen unser Stadt und Ambt Wildeshausen unter Ihr. Churfl. Durchl. vollkommenen Gehorsam gekommen ist. Ich weiß nicht ob Eur. Excellenz schon zu Augen gekommen ist ein kleiner Aufsatz vom *Tempel zu Jerusalem*, da in denen notis, verhoffentl. mit dero hohen Erlaubnüß etwas auß dero Tieffgelehrten Mst. *adversum Cartes. Princip.* vermuthlich auch nach ihrem Sinn, angeführet habe. Selbigen habe samt einer dissertation *de terra natante Tractus Waakhusani in ducatu Bremensi*, zuletzt bey meinem bremischen Abzug ventiliret, an

20

¹ Am Kopf der Seite von Leibniz' Hand: resp.

15–19 zu Augen gekommen . . . Bremensi: Gerhard Meier überließ neben weiteren Schriften die beiden Abhandlungen von Schulenburg bei einem Besuch in Hannover Leibniz als Geschenk, wie Johann Georg Eckhart dem zu diesem Zeitpunkt in Berlin weilenden Leibniz am 24. Juni berichtet (I, 18 N. 88). 16 Aufsatz . . . *Jerusalem*: J. CHR. SCHULENBURG, *Die liebliche Wohnungen des Tempels zu Jerusalem*, Bremen 1699. 17 Mst.: LEIBNIZ, *Statera Cartesianismi, seu Principiorum Cartesii Pars Generalis cum animadversionibus G. G. L. suo loco subjectis, ut post tantas lites tandem aliquando intelligi possit, quantum Doctrinae Cartesianae sit tribuendum* von 1691 (gedr. bei GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 4, 1881, S. 350–392 u.d.T. *Animadversiones in partem generalem Principiorum Cartesianorum*), das Schulenburg in Kopie von Gerhard Meier aus Bremen erhalten und das er in N=79.055 besprochen hatte. 18 dissertation: J. CHR. SCHULENBURG, [Praes.] *Terrae natantis, in ducatus Bremensis Tractu Waakhusano, Phaenomena per causas e naturali scientia*. [Resp.] J. H. Lochner, Bremen 1699.

5
rung an Eur. Excellenz, weil kein Exemplar mehr zu handen ist, in dem wegen Mangel meines hiesigen Haußwesens meine meiste Sachen noch in Bremen stehen, außgebeten. Eure Excellenz werffen ein gütiges Auge auff dise Chartequen, empfehlen bey Gelegenheit Ihr. Churfl. Durchl. meinem Gnädigsten Herrn, meine Geringe Persohn und zerfallenes Pfarrhauß unterthänigst, und bleiben nechst Gottl. Obhut Höchstgeneigt gewogen

Eurer Excellenz Gebet u. Gehorsahm schuldigsten
M. J. C. Schulenburg, Past. Primar.
der Stadt u. des Ambts Wildshausen.

Wildshausen *ipsis Calend. Febr.* 1701.

*A Monsieur Monsieur Leibnütz Conseiller de S. A. Serenissime Electoral de B. et Lune- 10
bourg bien (humbl.) à Hannover. par couvert.*

79.070. JOHANN CHR. SCHULENBURG AN LEIBNIZ

Wildeshausen, 26. August 1701.

Überlieferung:

K Abfertigung: LBr 842, Bl. 15. 1 Bl. 4°. 1 S.

5

erstbearbeitet von Gerhard Biller

Auf unseren Brief, in dem Schulenburg seinen Weggang aus Wildeshausen ankündigt, ist keine Antwort bekannt. Mit ihm endet Leibniz' Korrespondenz mit Schulenburg.

VIR ILLUSTRIS

10

Maecenas Optime

Vix vester esse cepi, cum ecce me jam alio, Quackenbrüggam nempe, Deus vocet; Non tamen penitus ob Alternationis jura Vester esse desii, adeoque nec Tuus esse desinam, si qua saltem inserviendi Tibi mihi suppeditaretur occasio. Antiquitatum Wildeshusanarum neque in cippis neque in fenestris neque in chartis vel volam vel vestigium hactenus reperire potui, 15 rogatus id etiam olim a Dn. Lunebergio Mushardo Athenaei, quod Bremae est, Regii Carolini Conrectore, in eruendis historiis ac Antiquitatibus ruminandis, credas, diligente. Solum Alexandri Patroni, ac Walberti, quantum lego, comitis picturam rudem valde, vetustam ac prorsus attritam in parietibus chori inferioris deprehendere adhuc datur. Faxit Deus ut futurum Munus Ecclesiasticum plus mihi succisivi temporis, quam praesens, quod ipsum 20 praegnans inter alias mutandi hanc stationem causa fuit, largiri queat, quo vel tantilla mea opera et Deo et proximo inservire, atque Tibi quoque, VIR ILLUSTRIS quaedam praestare possim officia. Sic vale Maecenas ac divinis Excubiis transcriptus age prosperrime favens constanter

Nominis Tui Celeberrimi

Admiratori perpetuo

Schulenburgio

Wildeshus. den 26. Aug. 1.

25 Ante Ferias Michaelis hinc non discedam si Deus voluerit ac vixerimus. Vale iterum ac me ama!

15 f. Lunebergio Mushardo ... Carolini Conrectore: Luneberg Mushard war seit 1696 Konrektor am damals königlich schwedischen Athenaeum in Bremen. 17 Alexandri: der hl. Alexander, Sohn der hl. Felicitas. 17 Walberti: Graf Walbert, ein Enkel Widukinds, brachte 851 die Reliquie des Märtyrers Alexander von Rom nach Wildeshausen, gründete ein Kloster und machte Wildeshausen zum Wallfahrtsort.